



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Celebrandvm Invitatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)



P I A
AD QVOTIDIE
CELEBRANDVM
INVITATIO.

*Ex S. Bonau. de pra-
parat. ad Missam
cap. I.*



VM Sacer-
dos est ab-
sque pec-
cato mor-
tali, & in
proposito bono, non
A 5 ha-

10 *Pia ad quotidie*
habens legitimum im-
pedimentum, & non
ex reuerētia, sed negli-
gentia celebrare omit-
tit, priuat Trinitatem
laude, & gloria; Ange-
los lætitia, peccatores
venia, iustos subsidio,
& grato in purgatorio
existentes refrigerio,
Ecclesiam Christi spi-
rituali beneficio, & se-
ipsum medicina, & re-
medio cōtra quodidia-
na peccata, & infirmi-
tates. Item priuat se
omnibus prouenienti-
bus ex sacra commu-
nione, quæ sunt pecca-
torum

celebr. inuit. II

torum remissio, fomi-
tis mitigatio, mentis il-
luminatio, interior re-
fectio, Christi, & cor-
poris eius mystici in-
corporatio, virtutum
roboratio, contra dia-
bolum armatio, fidei
certitudo, spei eleua-
tio, caritatis excitatio,
deuotionis augmenta-
tio, & Angelorum con-
uitatio. Item non com-
plet sibi iniunctum ma-
gnæ dignitatis obse-
quium, nec officium,
exercet debitæ serui-
tutis Dei: & tamen scri-
ptum est, *Maledictus* Iero. 48.

A 6 qui

12 *Pia ad quotidie*


qui facit hoc opus Dei
negligenter. Item con-
temnit Christi præce-
ptum de obseruantia
huius Sacramenti: ideo
Christus comminatur,

Joan. 7. Nisi manducaueritis
carnem filij hominis,
&c. Vltimò, quantum
in se est, euacuat diui-
num cultū, & latriam
Creatori debitam, in-
gratus de beneficijs.

Numm. 9. Vnde dicitur in Nu-
meris: Si quis mundus
est (scilicet à peccato
mortali) & in itinere,
non fuerit (scilicet ali-
ter impeditus) & non
fecerit

celebr. inuit. 13

fecerit Phafe, anima il-
la de populo suo ex-
terminabitur, quia sa-
crificium non obtulit
Domino tempore suo.
Ergo quantum potes,
toto conatu per exer-
citium boni operis, la-
crymarum contritio-
nem, & deuotionis fla-
mam, expelle à te om-
nem teporem, & ne-
gligentiam, ne inuenia-
ris respuere tantorum
charismatum donā.



Ex

14 *Pia ad quotidie*

*Ex Paschasio lib. de
Corpore, & Sanguine
Domini
cap. 9.*

Iteratur quotidie
hæc oblatio, licet
semel Christus passus
sit, quia quotidie pec-
camus peccatis, sine
quibus mortalis infir-
mitas viuere non po-
test. Et quia quotidie
labimur, quotidie pro
nobis Christus mysticè
immolatur.

A D.